# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


# Libellvs Insignis De Missah Ioannis Brentzii Ecclesiastes Hallensis Ecclesiae Svevorvm

**Brenz, Johannes**

**[Hagenau], 1526**


**VD16 B 7782**


De Missah Ioannes Brentz


**urn:nbn:de:bsz:31-63880**



Visual Library

IN Chriſti Sacramento, quod uulgo Miſſam uocant, ut in aliis rebus multum, ita hic diligentiſsime cauendum erit, ne aberremus. Non enim fit citra periculum, ſi latum unguem diſceſſerimus ab inſtituto Chriſti. Corinthii leuiſsime errabant circa Cœnā domini. Sed audi Apoſtolum, quanto diſcrimine propter hoc inquit, inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormiunt multi. Nam ſi blaſphemauerimus uenerandam Chriſti Cœnam (id quod nō abeſt à Miſsis noſtris) ab infideli quidem non intelligitur, Nam & Iudæus neſcit blaſphemiam eſſe, Chriſtum non eſſe Saluatorem dicere, propterea ꝙ incredulus ſit. Sed fidelis, ſi oculos fidei aperiat, inueniet horrendam dei iram in tali blaſphemia. Atq; hoc prouidēdum eſt, ne nobis ob noſtrum ſacrum contingat, quod Iudæis propter ſuū accidit, Acceperant ex lege oblationes umbratiles, ſed ſua opinione iuſtificantes, ac præ iis ueram iuſtitiam negligentes, in horrendam cæcitatem inciderūt. Proinde quando hoc tempore apparuit rurſum benignitas dei, per Chriſtum Ieſum, ne diutius cæco errore feramur in Cœna dominica, repetenda erit ab ouo (ut aiunt) ideſt ab inſtituto Chriſti.

¶ Deinde dicendum erit de uſu eius Cœnæ in primitiua eccleſia, Poſtremo opponēdus eſt inſtituto Chriſti (lux clarior adiectis tenebris) & uſui primitiuæ

eccleſiæ

eccleſiæ abuſus, & impietas quæ circa cænā eſt noſtra tempeſtate/principio duo ſunt teſtamenta id quod clariſſimum eſt uetus & nouum.

¶ Vetus confirmatū eſt ſanguine agni, Exodi 12. Nouum igitur oportebat ſanguine cōfirmari. Eſt aūt Nouum, remiſſio peccatorū/prouidētia dei/cura/pro nobis/cælū/uita æterna, breuiter deus cū omnibus ſuis bonis, præterea & fructus cœli, quæ ſunt dilectio charitas. Nam hos fructus proferre nemo poteſt, niſi membrum Chriſti ſit. Itaq; Chriſtus/qui noui teſtamenti interceſſor, & confirmator eſſet adeundus/& in confirmationem teſtamenti eſſe ſacrificandus, ut cōtinenter memores eſſemus tantorum bonorum, quæ nobis cōtigerunt. Præterea ut & Symbolum Cōmunionis non ſolum ad nos, ſed & fratris ad fratrem haberemus, inſtituit Cœnam, Matthei. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. 1. Corin. 11. & Miſſam, ut nos uocamus. Ipſe enim met Miſſa factus eſt in cruce. Miſſa ab hebræum eſt, ſignificans oblationem ſpontaneam, Deutero. 16. Celebrabis diem feſtum hebdomadarum oblationem ſpontaneam. Vnde & hanc oblationē & teſtamenti confirmationē reliquit poſt ſe in Cœna pane et uino, nō ut nos offeramus (Nam Iudæi obtulerūt occidēdo ipſum) ſed ut oblationē iſtā accipiamus, & bonis per eam acquiſitis fruamur, Inquit enim, Lu. 22. Deſyderio deſyderaui &c. Hoc facite in meā cōmemorationē. Quid aūt eſt facere in memoriā eius? 1. Co. 11. Quotienſcūq; cōmederitis

panem hunc, & de poculo hoc biberitis, mortem do⸗
mini annunciate donec uenerit. Hæc eſt Cœna, hæc ſit
in memoriam omniū bonorum quæ uobis per me conti⸗
gerunt. Iam facere non ſolum eſt annuntiare mortem
domini, ſed ædere, gratias agere, bibere, & ea expri⸗
mere, quæ Chriſtus iuſsit, proinde ut recte exprimamus
Cœnam dominicā, Sciendū erit, quibus moribus aut ri
tibus, ſiue internis ſiue externis ſit utendum. Chriſtus
diſceſſurus, concionatus eſt ſuis diſcipulis, ſe abiturum
in remiſſionem peccatorū, inquit enim, Filius hominis
uadit ſicut ſcriptum eſt de illo. Hoc idem in hac cœna
faciendū eſt, nempe concionandum eſt de Chriſti morte
& de ſanguine, quanta nobis per ipſum cōtigerint. Iam
fides Eccleſiæ credentis uerbo prædicto, præſentē fa⸗
cit mortē, paſsionē, hoc eſt corpus & ſanguinē Chriſti
Ioan. 6. Marci ultimo. Tantis bonis ob oculos poſitis,
quid nobis faciendū eſt? gratiæ agendæ ſunt, ita enim
& Chriſtus fecit, & iubet Paulus ut in omnibus gracias
agamus, ſed adhuc inuiſibilia ſunt bona dei nobis per
Chriſtū data, quāuis præſentia ſint. Signo enim opus
erit quod inuiſibilem rem uiſibilē facit. Accepit ergo
panem dicens, Hoc eſt corpus meum, Et calicem, Hic eſt
calix meus &c. Panis & uinū faciunt bona Chriſti no
bis uiſibilia, quæ in ſe ſunt inuiſibilia, Sed quomodo?
Gratiarum actione (unde Euchariſtia uocatur) & uer
bo domini. 1. Thimo. 4. quæ ante in fide & gratiarū
actione inuiſibiliter adhuc poſsidebantur, nunc etiam
uiſibili

uiſibili ſigno poſsidemus hoc facto. Quid cum pane & uino agendum erit? Non circumferenda ſunt, nō ſuperſtitioſe colenda, ſed bibendū & ædendum erit. Acedentes & bibentes duo facimus, Primum proteſtamur coram, Chriſti benefitia noſtra eſſe, Chriſtum Cœnæ dominum eſſe, & nos eſſe ad quos pertineat paſsio & mors Chriſti. Dein obligamus nos cum fratre cōmunicante, ut ſicut Chriſtus ſe nobis communem fecit, ita faciamus & nos cōmunes & addictos fratri. Hinc eſt quod Chriſtus in eadem Cœna multa, non ſolum de ſua paſsione, ſed & de charitate diſſeruit, & ex charitate offitio ſe deiecit, pedes eorum lauando Ioan. 13. Et Paulus. 1. Corint. 10. Panis quem frangimus, nonne cōumnicatio corporis Chriſti eſt? Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus. Eadem Plinius teſtatur ad Traianum, unde adhuc communio uocatur. Ecce hæc eſt uera Chriſti inſtitutio Cœnæ uel Miſſæ, à qua nec latum unguem diſcedere licet. Sed uideamus an & hæc obſeruata ſint in primitiua eccleſia. Tertullianus in Apologetico ca. 39. deſcribit conuentum Chriſtianorū, infamabantur enim ab Aethnicis Chriſtianorū cætus. Coimus (inquit) in cætum, Oramus pro Imperatoribus ut. 1. Thi. 2. Paulus iuſſerat, fidem paſcimus, ſpem erigimus lectione ſcripturarū, nam ſcriptura ad conſolationem data eſt, Roma. 15 et. Thes 4. (cenſura diuina) modicā ſtipem cōferimuss depoſitæ pietatis a l alendos egenos, pupillos, ſenibus, naufragis, et ſi qui ſunt in

 metalli

metallis &c. Cœna noſtra de nomine rationē oſtendit ſuā, uocatur ἀγάπη, id quod dilectio penes græcos eſt (de corona militis) Euchariſtiæ ſacramentū, & in tempore uictus, & omnibus mandatum à domino, etiam Lucanis cætibus, nec de aliorum manu quàm præſidentium ſumimus, Præſident probati quiq; ſeniores, honorē iſtū non prætio, ſed teſtimonio adepti, ut & ad Thimotheum Paulus Epiſcopos eligere docet. O conuentus ſanctus, O ſacrum uenerandum. Quis non uel uidere deſyderet? Agite præcamini dominū, ut reducat nobis hoc ſacrum. Nulla enim ſpes reliqua eſt, donec rurſum ad ſuum fontem, & ueram inſtitutionem, Cœna domini reuocetur. Iā apponamus noſtrā Miſſam ueteri Cœnæ. Vnica Miſſah eſt Chriſtus, unicum ſacrificiū, quo perfectos fecit in perpetuū eos qui ſanctificantur, Heb. 10. Hoc ſacrifitio placatus eſt pater, ut non ſolum remittat peccata, ſed & ut largiatur uitam æternā, memoriam huius ſacrifitii reliquit in Cœna nouiſſima, proinde ea Cœna ita peragenda erit, ut inſtituta. I. Corinth. II. Quotienſcunq; ederitis panem hunc, & de poculo hoc biberitis, mortē domini annūciate donec uenerit. Principio prædicandum eſt, quid benefitiorum nobis contigerit per Chriſtū, atq; ea benefitia eſſe rurſum effundenda in proximum, ſicut Chriſtus non ſibi paſſus eſt, ſed nobis. Roma. 15. Chriſtus non placuit ſibiipſi. Deinde gratiæ agendæ de beneficiis quæ nobis contigerunt, uerbo domini, & fide quæ in gratiarumactione ſe

effundit

effundit præſens ſit corpus Chriſti & ſanguis, ſed adhuc nullo ſigno Accepit igitur Ieſus panē, gratias agēs, uel ut Marcus, benedicens (nam gratiarumactio, benedictio eſt) fregit & dixit, Aedite, hoc eſt corpus meum. Gratiarumactio antea præſens faciebat, ſed & in pane præſens fit, tanquam ſigno certificante, Aedens autem & bibens, ſignaculum eius rei ſumit, quam ante fidem poßidebat, nempe bona Chriſti ſua eſſe, ita & ſua bona aliorū eſſe. I. Corin. 10. Panis quē frangimus &c. Sed hæc pulcherrime in primitiua eccleſia obſeruata ſunt. Nam primū conuenientes. I. Corint. 14. aliquid è diuinis ſcripturis recitabant ad fidem paſcendam & ſpem erigendam (hac enim cauſa diuina ſcriptura tradita eſt) Interim mors Chriſti eſt prædicata, id eſt, beneficia per Chriſtum obtenta, Dein in commune gratias agebant, orantes pro omnibus. Tertio, unus aut plures è communitate Seniores eligebantur, qui præſiderent, honorem iſtum nō prætio, ſed teſtimonio adepti. Quales autē fuerint, lege. I. Thimo. 3. & ad Titum. I. Hii nomine totius Eccleſiæ menſæ dominicæ benedicebant, et miniſtrabant populo communicanti, Vnde & græcis Cœna, latinis Cōmunio uocatur. Iā Seniores, non unctos non raſos, non propriis ueſtibus uſos, niſi quantum ad honeſtatem pertinebat. Legimus Caſulā quidē ſaccū, pœnitentium ueſtem fuiſſe, quæ nunc commutata eſt in ueſtem plerumq; deauratam, ſcilicet Glauci & Diomedis permutatione, Et hæc erat Eccleſiæ primitiuæ faciens

cieps ſed quid èx inſtituto Chriſti eſt probo Eccleſiæ uſu Hypocritarum inuentis factum eſt.

¶ Eiuſmodi eſt, quæuis creatura à deo conditore facta eſt, ut bona ſit, & bonum habeat uſum. Iam ſi ab uſu ſuo trahitur in locum dei, atq; ex ipſa cultus diuinus citra uerbũ inſtituatur, Idolum fit, & abominatio, ut uolatilia quadrupedia, & reptilia in uſum bonũ hominis cõdita ſunt. Sed gentium hypocriſis, immo impietas ex ipſis cultus diuinos ſtatuentes, Idola fecerunt, Roma. 1.

¶ Erant enim primum ſanctorum Nohe, Sem, Iaphet ueluti ſimiæ ſexprimentes patrum ſuorum ſacrificia ſidẽ non item: donec temporis proceſſu res in idololatriam uenit, quanquam initio bonum principium habuerat. Sic uitulus aureus Iſraelitarum, Exodi. 32. Et duo aurei Hieroboam. 1. Regum. 12. Et cætera Iudæorum ſacrificia facta ſunt corã deo abominatio & Idola, Eſaiæ primo. Ita & de Miſſah contingit, ſeu Cœna dominica Nam ex ea uerum Idolum factum eſt, Poſteri enim ſanctorum opera cœperunt patrum imitari, relicta eorũ fide, uidentes nãq; electos fuiſſe probatos quoſq; in miniſterium uerbi elegerunt, et ipſi proprios, non quidem moribus probatos, ſed raſura, unctione, & ueſtibus, & ficta continentia, hæc una Idoli pars eſt. Dein, quia uiderant Sacerdotes in lege uſos propriis ueſtibus in ſacrificando, cœperunt & ipſi excogitare ſuas in ſacrificãdo ueſtes, ſed qua probata fide, tu ipſe coniice, propterea quod ueſtes in lege ſacerdotales figura fuerũt quæ præte

rijt

riit. Figuram ergo erigere, eſt reſtaurare legē & eius cæremonias. Viderunt ſuos mores legalium ſacerdotū, mactandis, eleuandis, diuidendisq; hoſtiis, Vnde & finxerunt in ſuo ſacrifitio tā mirabiles ritus & geſtus, & hec eſt Tertia pars Idoli. Quarto, Introitus ex more primitiuæ Eccleſiæ ſumptus, ſed in canticū oris uerſus, hoc eſt in partem Idoli Miſſæ, quod initio in utilitatem Eccleſiæ fiebat. Poſt alius alia adiecit, ut compleretur Idolum. Damaſus papa adiecit, Gloria patri Kyrie eleyſon, Communes patres Siluester in Miſſam tranſtulit. Gregorius ut nonies cantetur inſtituit. Theleſporus papa adiecit Gloria in excelſis. Collecta, Gradualia in Eccleſiis quibusdam ante Epiſtolā & Euangelion compoſitum à Gregorio, Ambroſio, Gelaſio, qui ut ad Miſſam cantetur inſtituerūt. Epiſtola & Euangelion Contio fuerunt, ſed nunc uerum Idolum, Quia omnis ſcriptura diuinitus inſpirata. 2. Timoth. 3. eſt ad conſolationem & ad ſpem utilis. Iam ſi erigatur in alium uſum, quā ad cultum diuinum, Idolum fit. Alleluia tractum eſt de Eccleſia Hieroſolimitana. Notherius ſancti Galli pleraſq; condidit Sequentias, Nicolaus ad Miſſam tranſtulit. Statuit ad Euāgelion uetuſtus mos, autore Tertulliano, Symbolum fides in uerbum eſt Poſt Symbolum prædicatur in quibusdam locis, quaſi uero Epiſtola & Euangelion non eſſet uerbū domini, Et hoc ipſo clarum fit Miſſam Idolum eſſe. Præterea hinc coniicere licet quæ præceſſerūt in ueteri Eccleſia,

priusq̃ Idolum facta ſunt, fuiſſe ritus quidam orandi. Offertorium, Das iſt das haubtſtuck an dem Abgott. Gratiæ actæ, Surſum corda, quod eſt pila ludere, ſanctus Sixtus papa inſtituit. Canon à diuerſis eſt cõſutus Coſmas & Damianus à quodam papa calculo laborante adiecti ſunt, Præcipue compoſuerunt Canonem Gregorius, Leo, Sergius. Cœna domini fit operculũ Idoli Miſſæ, ibi nomina ſacrifitiorum hoſtiarum, Da geets daher. Ibi tũ offertur pro uiuis, offertur pro defunctis, pro ſeipſo, quaſi uero adhuc tempus ſacrificandi, & nõ potius tempus gratiæ & remiſſionis peccatorum. Hoſtia in tres partes diuiditur, una pro peccatis, alia pro uiuis, tertia pro defunctis, Sed ſi fabulæ finem inſpiciamus, Sacrifex omnes partes uorat, neglectis peccatis, uiuis ac defunctis. In fine cantatur Communio uocatum, quondam uero Eccleſiæ, nunc canticum oris.

¶ Vide nunc quam pulchre conueniant inſtitutio Chriſti, & uſus Eccleſiæ, & hæc noſtra Idololatria, Nam quod Chriſtus inſtituit ad noſtrum uſum, hoc nos ipſi offerre uolumus. Quod in Eccleſiæ cõmunionem factum eſt, impiorũ hypocriſi in priuatum uſum tractũ eſt. Breuiter, ex Cœna domini facta eſt Idololatria. Quid igitur nobis faciendum erit? Fugite intento curſu ubicũq; uideritis Miſſæ abominationem. Nam præſentes Miſſæ idem faciũt quod Iudæi ſpectatores paſſionis Chriſti, aut gentes idolis ſeruientes, Vel ſupplicium dei horrẽdum metuite. Iudæos abiecit ob ſacrificia

impia

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

impia, idem & nobis
cum hominibus, nec no
Miſſæ impietate. Idol
in locum creatoris erig
& bos, ſed ſi in cultum
dominus, Idolum fiun
trem in ſpiritu &
ſperare & timere, De
mebis. Atq; ille cul
umbris deliniatus eſt, qu
runt. Iam ſi quis creaturam
ſuarum, creaturæ fidat, eamq;
netur, ex creatura creatorē facit, ia
abominatio eſt, Ephe. 5. Auarus eſt ſimulachrorū cultor. Eſaiæ. 2. Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe. Sed Miſſa b creatura eſt à creaturis dei per Hypocritas effecta, Nam à legalium ſacerdotum unctione, unctio ſacerdotum noſtrorum tracta eſt, à ueſtibus umbratilibus, ueſtes Miſſales deſumptæ, à moribus ſacrificantiū in ueteri lege, mores illi mirabiles Miſſarum, partim innouati ſunt, partim nouiter inuenti. Introitus à ueteri Eccleſia, Damaſus adiecit Gloria patri, Kyrieeleyſon Syluester à grecis trāſtulit in Miſſam, Gregorius nonies cantari inſtituit, Thelesphorus adiecit Gloria in excelſis, Gradualia Gregorius & Gelaſius in Miſſam tranſtulerunt, Epiſtolam & Euangelion è more conci

onandi

inquis fuit, fuit homo
ſed ex ſpiritu, cõfirma
Putas ne temulentos
hæc loquerentur? Ia
oribus quibusdam pat
tus patrum prorſus c
candus, num ex dec
loquendi dictum eſt. So
ſurrectionem uocare,
non quód hoc die Chr
id quod multis retro ſæc
memoria fiat reſurrectionis,
crifitium uocatur Cœna domi
ficatur Chriſtus, nam hoc priori ſacrifitio
& iam tempus eſt remißionis peccatorum. Vbi autem
peccatorum remißio, non eſt amplius oblatio pro pecca
tis, Hebræ. 10. Sed unde hoc quód pro defunctis ſacri-
ficatum eſt? (Nam & ſuam originem habere oportet)
è moribus gentium, qui pro defunctis offerunt tractum
eſt, oblatio munerum, panum, uini, ouorũ, ut quibusdã
in locis conſuetudo eſt. Quod autem Miſſa pro defun
ctis celebrata ſit, hinc reor ortum ſumpſiſſe, Nam cum
Apoſtolus. 1. Theſſa. 4. dicit, Nolo uos ignorare fra
tres, ne doleatis, & in fine, conſolamini uos mutuo ſer
monibus iſtis, ex illo conſuetudo inualuit, ut amici de
functorũ in Eccleſia conſolati ſint. Interim Cœnæ do
minicæ communicantes in memoriam paßionis Chriſti

redempti

unicatio in ſolum ſa
itate temporis igno-
inſtitutum eſſe ſacri
n peſte, bellis, aliiſq;
ndi, ſed intelligentia
Tertullianus ſcribit
itu Chriſtianorum
o miniſtris eorum, ac po
um quiete, pro mora
arum commemoratio
porum qualitas aut pro-
ſcere, ecce mos fuit, ut conue-
hoc eſt, ne peſtis, gladius, fames
aliæq; calamitates ſæuirent, interim Cœnæ dominicæ communicantes, atq; hec conſuetudo tantiſper pro peſte, fame, gladioq; Miſſam celebrandam. Certe hæc adhuc fieri deberent, niſi uoluerimus uſq; deum iratū habere. Ceterumq; quàm ridiculum ſit, pro altero cōmunicare, manifeſtum eſt, Vicinus nō cōmunicat ſicut nec edit nec baptizatur pro uicino, ſeu uiuēte, ſeu mortuo Nec alius pro alio credit. Quomodo igitur Sacerdos pro alio communicare poteſt? Orare pro alio oportet At cōmnnicare pro alio, inſannire eſt, Nam hecCœna non eſt à Chriſto inſtituta, ut alius pro alio faciat, ſed ut ſit cōmunis, inquit enim, fide cōmunico, etiamſi non cōmunicauero Sacramento. Nonne fide communicandum eſt ſemper? ſed non apud Miſſam Papiſticam,

idolum

Badiſche Landesbibliothek Karlsruhe

us in eadē Cœna
ſubiecit eorum pe
o. Plinius teſta,
llę Cœna voca
Χαρισία,
od ipſum
it, ſed
ius

[illegible] ein einander gutes gericht
[illegible] gedreisten
[illegible] solle dir seine
[illegible] scheidt an der
[illegible] ohne danckbarkeit

Idolum ſcilicet. Sc
dare, quód cum prox
communicandum eſt
ſpiritum conſili
Chriſti & mor
nino agendum e
quod non longe
rum ſacrifitia nō
ſentem Chriſtum
tem & paſ
Ioan. 6. &
huius fide
is bonis, ſci
do uero Chr
uiſibili ſigno, ad fidem confirmandam ... s erit, ſigna
enim confirmant. Igitur uerbum domini, quod eſt, Hoc
eſt corpus, Hic eſt ſanguis, facit ex pane & uino ſa-
cramenta ſymbola & fidei notas. 1. Thimo. 4. ſancti
ficatur per ſermonē & orationem, & quæ ante in fide
& gratiarum actione adhuc inuiſibiliter poßideban-
tur, nunc in ſymbolo & ſacramento uiſibiliter haben-
tur. Quid igitur agimus dominicam Cœnam partici-
pantes? Proteſtamur coram, Chriſti beneficia noſtra
eſſe, Chriſtum cōmune donum eſſe, & nos eſſe ad quos
pertineat mors & paßio eius, dein obligamus nos cum
fratre communicare hoc ſymbolo, ut ſicut Chriſtus ſe
nobis commune fecit, ita & nos faciamus communes &
addictos

Badische Landesbibliothek
Karlsruhe